

4.

Quod attinet ad Lingua Stadt hac à Conrado von Wallen-
rod, Ordinis Teutonici Magistro a. 1391 fundata in pro-
iudicium Civitatis Vetetis et Primaria, post Incorporati-
onem vero a. 1455 Mandato et Consensu D. Casimiri
R. deleta, de quo fusiùs Curicæ d. L. I. C. 7.

Ceterum, ut eo rectius constet, quale Jus Publicum Civi-
tati Gedanensi circa Politica competat, notandum est, Cru-
cigerorum tempore plurima Jura eaq. cum totâ terrâ
Prusie comunia Civitatem hanc habuisse, quæ per Pri-
vilegium Incorporationis D. Casimiri de a. 1454 eidem
confirmata, et reciproca sponsione s. qua Regi fidem et
obedientiam. salvis tamen Juribus suis stipulati sunt. Or-
dinum. Terrarum Prusie s. quorum nomine etiam Maio-
res Civitates veniunt. Thorunii de a. 1454 facta reser-
vata fuerunt. Et quoniam in deducendis Juribus Civita-
ti competentibus fortiori probatione uti non licet, quam
si ostendatur, hoc vel illud Jus Civitatem Crucigerorum
tempore ante Incorporationem habuisse, hinc primo
loco de hisce Juribus agendum erit. Sit itaq.

Partis Prima

De Jure Publico Civitat. Gedan. circa Politica

Sectio I^a

De Juribus, quibus Civitas Gedan. ante Incorporationem gavisæ est.

Cum Seculo XIII. Prusii Veteres conterminam sibi Ma-
soviam.